

A. D. 1339. — Iura archiepiscopi Treverensis.

Trier, Dombibliothek, Cod. 300, fol. 3^v und 4^r.

Zwei Seiten aus einer kleinen Pergamenthandschrift, welche die Aufschrift hat: *Iura domini archiepiscopi Treuerensis*. Grösse: 22,5 × 14,5 cm. Datiert: A. D. 1339.

Gotische Minuskel. Sorgfältig geformte, breite Buchstaben. Die Ober- und Unterlängen sind klein. Die Unterlängen von **p** und **q** haben zuweilen kleine Zierstriche (6); andere Buchstaben haben oft feine, langgezogene, unter die Linie gehende gewundene Endstriche; siehe **h** (1. 2), **x** (18), das zweite **i** in Doppel-**i** (7), die Kürzungszeichen für **et** und **us** (3. 11). Viele Buchstaben haben oft die doppelte Brechung; siehe z. B. **d** (3. 13), **e** (2), **g** (15), **o** (1), **q** (7. 13).

Einzelne Buchstaben. **a** ist doppelbogig (1. 2). Auf **i** steht meistens ein Strich, doch öfters ein Punkt: das ist das erste Mal, dass uns in unseren Tafeln der **i**-Punkt begegnet (5. 9. 10. 11). **p** hat öfters unten einen Zierstrich (6. 29; vgl. das **p** in der 1. Zeile des schweizerischen Bundesbriefes vom Jahre 1291 auf Taf. 99). Siehe die Form des runden **r** (9. 10). Der senkrechte Strich von **t** geht weit über den Querbalken (2. 3). Am Wortanfang steht für **u** und **v** fast immer spitzes **v** (1. 3); doch gibt es einige Ausnahmen (*vas*, 29; *villis*, II, 23); im Wortinnern steht rundes **u** (2. 4); man beachte die Form **w** für **vu** (I, 8. 15).

De duobus agnis obulum¹⁾. De capra qui venderit obulum. De hirco obulum.

Si cives Metenses pennas chünis (?)²⁾ De theloneo inter pellifices. Huc attulerint et venderint, de qualibet unum denarium dabunt. Si vero pennas agninas attulerint, si penna III^{or} solidos solverit, unum denarium dabunt; si minus, obulum. Si aliunde fuerint, talentinum theloneum dabunt. Item, si Epternacenses huc pennas et pellicia attulerint, de mensa sua in foro posita obulum dabit quilibet, in annualibus festis denarium. Si quid vero in hospiciis venderint, talentinum theloneum solvent. Item, de pelle vulpina, si masculus fuerit denarium, si femina obulum. Item, de pelibus mardrinis similiter³⁾. De pelibus scurinis, de numero qui „cunber“⁴⁾ dicitur, obulum. Item, si quid aliud super mensas in foro quam pennas et pellicia venderint, talentinum theloneum dabunt. Item, de pelibus leporinis et catinis talentinum theloneum dabunt. De theloneo inter lineos pannos.

De quibuscunque finibus linei panni huc delati fuerint ad vendendum, talentinum theloneum solvent. De theloneo inter herbarios qui „cremere“ dicuntur. Quicunque herbarii, qui vulgari nomine „cremere“ dicuntur, in die sancti Petri hic tentoria sua fixerint, quilibet ipsorum dat magistro suo III denarios, in die sancti Maximini I denarium, in⁵⁾ die sancti Pauli I denarium. Item, cuiusque magister et thelonearius pondus ad ponderandum sive ceram sive piper aut alias res prestiterit, usque ad XXX libras, obulum dabit; si ad LX, denarium. Omnes vero census magistro suo solventes proxima die post festum sancti Maximini quilibet daturus est ei argenteum nummum cuiuscunque sit monete de hoc archiepiscopatu. Item, in annualibus festis quicunque extranei herbarii, qui „cremere“ dicuntur, hic tentoria fixerint, quilibet denarium dabit. Item, de mensa in foro posita obulum. Huius thelonei tertia pars est camerarii. De theloneo officiali ad cippum.

Quicunque carratam circulatorum ad liganda vasa, que „reife“ dicuntur, huc attulerint, obulum dabunt. De carrata feni similiter. De carrata carbonum aut trapium aut canalium similiter. De carrata quod „loi“ dicitur, similiter. De pondere lagenarum⁶⁾ vel vasorum que „gelten“ dicuntur, obulum. Qui linum attulerint, talentinum theloneum dabunt. De pondere saccorum quod stappa dicitur, obulum. De XXX caseis obulum. De centum ovis III^{or} ova. De pondere asinino ollarum unum⁷⁾ vas. In annualibus foris quodlibet novum plastrum obulum, unde tertia pars est camerarii. Quicunque herbas feni venderit, pondus unum dabit, exceptis censuariis sculteti. Quicunque pondus vasorum quod „sumberen“ aut „vierzalen“ aut „mulensistere“ dicitur, venderit, unum vas de minoribus dabit. Quicunque carratam tegularum venderit, u-

¹⁾ So ist obulum in Zeile 18 ausgeschrieben. ²⁾ Was dies bedeutet, vermag ich nicht zu sagen. Da in der folgenden Zeile pennas agninas genannt werden, so ist zu schließen, dass hier pennas ovinas stehen sollte. ³⁾ Das Pergament ist hier beschädigt. ⁴⁾ Am Rande links steht in Kursivschrift: talentinum theloneum. ⁵⁾ Das erste n ist durch einen untergesetzten Punkt getilgt. ⁶⁾ Über v steht ein Strich zwischen zwei Punkten, wohl die Ziffer für unum.

Abkürzungen. Das allgemeine Kürzungszeichen besteht entweder aus einem kleinen horizontalen Strich oder (und zwar bei Buchstaben mit Oberlänge) aus einem senkrechten geschlängelten Strich (1. 3. 8. 13). Der senkrechte geschlängelte Strich dient auch als besonderes Kürzungszeichen für **er** und zuweilen auch für **r** allein (1. 15). Viele häufig wiederkehrende Wörter sind durch Suspension gekürzt; diese Kürzungen sind meistens nicht nur durch einen Strich, sondern auch durch einen Punkt angedeutet (*denarium*, 3; *solidos*, *denarium*, 4; *theloneum*, 5. 7). Durch die Sigle **s** = *sancti* ist ein langer schräger Strich gezogen (17. 20). Man beachte die Kürzung durch Überschreibung für *domini* (II, 21. 29; in der Oberschrift, II, 19, ist die alte Kürzung gebraucht; vgl. Taf. 105 b, 16). Man beachte auch die Kürzung *der* mit dem Zeichen für *ur* für *dicuntur* (15. 21. 27); für *dicitur* steht *dī* (10. 26). Siehe auch die Kürzungen für *dabit* (31) und für *debet* (II, 13. 19). Das Zeichen für *ur* hat zwei Formen: siehe einerseits *daturus* (II, 5), *inventur* (II, 17), und andererseits *currum* (II, 11. 12), *ematur* (II, 17). Das Zeichen für *ur* hat eine eckige Form (17).

nam dabit. Quicunque carratam lignorum que „keffere“ dicuntur, attulerit, lignum unum quod „bant“ dicitur, dabit. Quicunque carratam lignorum quod „latten“ dicitur, attulerit, unam debit. Quicunque carratam lignorum ad comburendum attulerit, lignum unum dabit. In annualibus festis, qui cordas puteorum et instrumenta in quibus equi trahunt, quod „seylen“ dicitur, attulerit, u-

nam dabit. Ipse vero magister huius officii daturus est in feria secunda post ebdomadam Pasche et feria secunda post octavam Epiphanie ligna et sal et ollas ad serviendum sculteto et scabinis. Item ipse latrocinio deprehensus et non ligatos sculteto presentatos servare debet. Item ipse de abiudicatis iusticiam facere debet. Villo preparantes trabes. Quandoquocunque defectus trabis in ponte fuerit, in quacunque silva sive episcopi ad pontem. sive ecclesiarum inveniri potest, imprimis illi¹⁾ de Warneswilre et ad eos spectantes administrare debent dimidium currum ad ipsam adducendam. Illi autem de Platene et ad eos spectantes preparandi sunt alium dimidium currum. Illi vero de Altrei et ad eos spectantes preparare et adducere debent trabem usque ad litus apud ecclesiam sancte Barbare. Illi centuriones ad placitum huius civitatis spectantes cum suis subditis assumen-

ti sunt trabem et trans aquam ducere et per vicum qui „Porz“ dicitur et apud vallum in viam qua itur ad Vrium et directe per viam illam et per curiam Berewici et sic usque ad pontem et in locum suum ponere (debent). Si vero trabs in confinio non invenitur et necesse fuerit ut ematur, hii de Altrei et ad eos spectantes empturi sunt eam. Illi vero de Herane et de Palzele et de Byuere administrare debent ligna ad transiendum que vulgari nomine „die-“²⁾ le“ dicuntur. Iura domini palatini vel advocati in civitate et villis circumiacentibus. Quicquid scultetus domini archiepiscopi placitis lucratur, tertia pars cedit in usus domini palatini. Preterea tria placita celebrare debet in civitate per circulum anni. In quibus placitis quilibet domus tam in civitate quam in villis ad sua placita spectantes in singulo placito obulum dabit, ita si placitum celebraverit, exceptis domibus canonicorum, que sunt infra munitatem, et domibus ministerialium et scabinorum. Item sutores in civitate pro redemptione cuiusdam placiti in feria III^{or}. Pasche quilibet dat sculteto IX denarios, quorum tertia pars est advocati, exceptis illis qui manent apud Biez, qui singulare placitum celebrant circa festum sancti Martini coram sculteto et advocato. Illi vero de Cünz placitum celebraturi sunt coram sculteto et advocato circa festum sancti Martini, licet iura domini palatini sint beneficiata. Illi vero de sancto Euchario singulare placitum celebrant advocato et domino abbati. Item illi de Zeuene et de Kericche et de altero³⁾ Kericche placitum celebrare debent sculteto et advocato. Item illi apud Vrium placitum celebrare debent similiter. Item illi apud Pontem similiter. Illi apud Palienne similiter. Item illi apud Et-

¹⁾ Ms. illis; ursprünglich hatte der Schreiber villis geschrieben. ²⁾ e und e sind durch untergesetzte Punkte getilgt.